

ad fin. & superius nos alios citavimus. Alias nonnullas declarationes, seu fallentias apponit Giu ba *dist. de iur. sion. 46.* quæ omnia quidem præ oculis habere debet executor, ubi sibi huiusmodi sententia exequenda committitur.

- 124 Hinc prius ut abeamus, animadversione dignum esse duxi, stylus qui in supremis tribunalibus introducit (potius abusus vocandus) ut petentes sententia dubia, aut obscura declarationem, adstringantur intra viginti quatuor horas, seu potius intra diem eundem prolata sententia, eandem petere, juxta determinationem text. in l. Paulus, la 2. de re jud. Sed attendite quæso, quod 125 iudex, licet addere, mutare, & alterare suam sententiam, & ejus substantiam non possit, *l. quod iussit, de re jud. & dist. l. Paul.* tamen interpretationem extensivam facere potest dumtaxat, circa accessoria sententia, puta; fructus, expensas, &c. & eam non aliter facere potest, quam eodem die, & hoc casu loquitur d. l. Paul. prout bene intelligunt B. & alii, Petrus Ferrar. in pract. in forma execut. sentent. diff. verb. publico nunt. n. 12 f. mibi 284. in noviori impressione. Aviles in c. præ or. in proemio sub n. 19. & ad hunc effectum recte procedit d. stylus tribunalium.
- 127 Si verò agitur dumtaxat de declaratione interpretativa, hoc est de declaratione verbi dubii, obscuri, aut orationis confuse, tunc ad illam petendam ad illud tempus, nec ad aliud astringi potest petens, tum quia 128 facultas declarandi nunquam præscribitur etiam per mille annos, secundum optimam Baldi, & Saliceti doctrinam, in l. petens per gloss. ibi C. de pactis, & l. l. ibi col. 4. vers. ex ista glossa bene etiam, ubi declaratione per Balbum tractat de præscrip. 4 part. 5. princ. q. 1. 129 num. fin. & supra. Tum etiam, quia ille, qui post aliquem terminum actum aliquem facere non potest, potest tamen declarare jam factum, plurimi sunt Doctores in huius doctrinæ comprobationem, cujus nomenclaturam adduximus supra hoc cap. vers. ex hoc fonte fluit, a num. 33. ergo hanc declarationem interpretativam illo termino l. Paul. circumscribi, nec arctari, debere certum est.
- 130 Deinde, quia licet iudex sententiam definitivam mutare, aut corrigere non possit, *l. iudex posteaquam ff. de re judic. nisi in accessoriis ut supra:* tamen illam potest declarare, gloss. verbo, sed jam interpretari in l. ea qua, Cod. comminationes, epistolæ, & sentit gloss. in l. sed & utriusque, in verbo, sic aut ff. de evict. Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de testament. §. nunc videndum, vers. hoc etiam nota. B. in l. heredes palam, §. si quid, vers. quæro an iudex, & ibi Imol. vers. utrum quod iudex post Bal. ibi in §. sed si notam, vers. tertio est argument. ff. de testam. B. in l. ab executeore, vers. sic, quæro secundo ff. de appell. Joan. Fab. in l. 1. vers. sed videtur. C. de lib. & posthu. & in l. Authorum, vers. sed ubi essent, ff. de re judic. Lanf. in c. quoniam contra, verbo, inter locutiones, vers. ulterius dubitatur, de probat. Alex. conf. 13. vers. super alio quæso, vol. 1. Calcan. conf. 19. vers. quæro queritur. Felin. in c. super quest. vers. ego alleg. de off. deleg. Decius in c. 1. vers. tertia est species, de postul. pralar. & in l. in ambiguis orat. ff. de reg. jur. Rebuff. in l. quod iussit in 2. noi. n. 154. & n. 155. Ant. Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de reg. jur. concl. 3. n. 14. quæ potestas tempore circumscribi non debet, ut supra
- 131 Ultimo facit, nam si tribunalium executores, pro rerum iudicialium executione dati, etiam post multos dies à tempore prolata sententia hanc declarationem interpretativam faciunt (ut latè superius probavimus, & quotidie practicamus, & videmus) ergo ipsimet iudices, qui sententiam eandem proferunt, multò fortius post dictum terminum viginti quatuor horarum (juxta dict. l. Paul.) facere poterunt, cum (ut diximus) lex illa procedit, quando aliquid additur, vel detrahitur sen-

tentiæ circa ejus accessoria, quòd locum non habet; hac declaratione interpretativa, in qua nihil additur, vel detrahitur, sed dumtaxat factum obscurum detegitur, ut latè supra dictum reliquimus hoc capite.

CAPUT XIII.

Ab executeore sententiæ ordinem præpostulerante, & omittente, an appellationi emissæ non deferens, violentiam commississe dicatur.

SUMMARIUM.

- Ordo legis sonans in monitionem potius quam in necessitatem, licet omittatur, non vitiat, n. 1.
- Præpostulatio ordinis sonantis in consilium legis non in necessitatem, non vitiat, n. 2.
- Ordinem sententiæ præpostulans executor excedit manifestè, n. 3.
- Ordo est modus agendi, sine quo nihil rectè agitur, n. 4.
- Executor excedens modum nulliter agit, & propterea appellare, n. 5.
- Ordinem excedere seu modum, idem est, cum sint duo inseparabilia, n. 6.
- Actus omnes humani à tribus dependent, nempe, potestate, voluntate, & modo, qui est ordo ad finem, n. 7.
- Ordo in duplici est differentia, à jure vel ab homine datus, n. 8.
- Ordinis dati ab homine præpostulatio semper actum vitiat ipso jure, n. 9.
- Mandati forma diligenter attendenda est, n. 10.
- Appellatio licita est ab actu nullo, n. 11.
- Præpostulatio ordinis etiam dati à jure in eadem causa, & sic de se ipsa ad se ipsam vitiat ipso jure, n. 12.
- À præpostulatione ordinis etiam à jure unus causa ad se ipsam appellatio licita est, n. 13.
- Præpostulatio ordinis ejusdem causa ad seipsam vitiat processum ipso jure, n. 14.
- Præpostulatio ordinis in diversis causis præjudicialibus, tamen inter se annullat ipso jure, n. 15.
- Ordo præscriptus sententiæ: ejus præpostulatio cadit in se ipsa causa executionis, n. 16.
- Præpostulatio ordinis dati à jure unus cause ad alteram separatam, seu unus iudicii ad aliud, non vitiat ipso jure, n. 17.
- Ob præpostulationem ordinis dati à jure unus iudicii ad alterum, sententia & processus tenent a quo appellare necesse est, n. 18.
- Ordo unus cause in seipsa est velut ordo membrorum in corpore individuo, à quo si subvertatur aliquod principale totum corpus perit, secus in ordine unus cause ad aliam diversam, n. 19.
- Ordinis à jure de una causa ad aliam præpostulatio non admittit appellationem in iudicio sui natura inappellabili, quia non causa nullitatem, n. 20.
- À perversione ordinis appellatio admittitur etiam in iudiciis aliis privilegiatis, in quibus regulariter appellatio non admittitur, n. 21.
- Nullitas cadit in perversione ordinis unus cause ad seipsam, & ideo executionem non meretur, num. 22.
- Ordinis præpostulatio est gravamen evidens, patens ex actis, n. 23.
- Sententia evidenter injusta cum nullitati æquiparetur, admittit appellationem etiam in causis privilegiatis, n. 24.
- Iniquitatis respectu nunquam appellatio prohibita intelligitur, n. 25.
- Executor ad rei restitutionem cum clausula (refusus prius melioramentis) an excedat si ante eorum liquidationem rem faciat restituere, n. 26.

Qui

- Qui non excedere dixerint hoc casu recensentur, n. 27.
- Dictio (prius) significat præcedentiam, & dat ordinem & formam, cuius omisso vitiat actum, n. 28.
- Ablativus absolutus inducit conditionem, n. 29.
- Conditio debet adimpleri ita ut interim suspendat dispositionem, n. 30.
- Verba (solutis expensis) faciunt sententiam conditionalem, n. 31.
- Conditio importat formam, n. 32.
- Conditio non servata actus corrumpit, n. 33.
- Reservatum jus in sententia ipsius executionem non suspendit, secus si sententia condemnet sub aliqua modificatione, ac limitatione, quia tunc suspendit, n. 34.
- Reservatum jus condemnato in sententia, ejus executionem non suspendit, quia intelligitur reservatum in aliud iudicium, n. 35.
- Recus si sententia aliquam exceptionem aut limitationem adjiciat, ibid.
- Sententia condemnans ad restitutionem bonorum, exceptis qua sint in territorio condemnati, aut qua sint feudalia, prius de exceptione est facienda liquidatio, n. 36.
- Quia interim dum hac non sit liquidatio, sententia dicitur incerta, n. 37.
- Verba limitativè apposita habent terminum quem non licet excedere, n. 38.
- Dictiones (quatenus, donec, quamdiu, dum, quoad usquequo) & similes, significant limitationem temporis & suspendunt sententiam, n. 39. & n. 41.
- Dictiones quatenus, donec, quoad, &c. si imponantur ad inchoationem alicujus beneficii, important conditionem, n. 40.
- Dictio (dummodo) quando apponitur in sententia ei, quod venit implendum, ante perfectionem actus importat conditionem, n. 42.
- Doctio (quatenus) aliquando idem significat quod (dummodo) n. 43.
- Gerundium dando, restituendo, &c. importat conditionem & formam præcisam adimplendam, n. 44.
- Gerundium adjectivum, vel participium, inducit necessitatem, n. 45.
- Sententia lata sub conditione vel modo, semper opponi potest de defectu conditionis vel moti, n. 46.
- Quia tunc non tam ab alio repellitur quam à se ipso, cum ex eodem fonte & instanti oriatur actio & exceptio, n. 47.
- Actor qui in actione includit & deducit exceptionem suo se ligone percipit, ita ut sibi incumbat onus probandi, n. 48.
- Exceptio qua oritur ex sententia præcisè, est verificanda in executione, etiam si requiratur altiorem indaginem, n. 49.
- Exceptio nullitatis si oritur ex ventre instrumenti quod exequitur, suspendit ejusdem executionem, n. 50.
- Nullitas instrumenti reddit probationem nullam, quod non potest dici de obligatione constare, n. 51.
- Exceptio orta ex ventre sententiæ aut instrumenti, non censetur exclusa, etiam si requiratur altiorem indaginem, n. 52.
- Conditio respiciens principalem dispositionem & substantiam, ipsam reddit conditionalem, n. 53.
- Conditio apposita in executivis sententiis, aut alterius dispositionis, non facit sententiam aut dispositionem conditionalem, sed pura remanet, ejus tamen effectus & executio suspensa est in tempore, n. 54.
- Melioramentum prius debet solvere executor, si de prius solvendis mentio fiat in sententia, quæ attendere debet, n. 55.
- Ordo litera servandus est, & à forma sententiæ non est recedendum, n. 56.
- Executor ad rei restitutionem pagando los gastos, an possit prius restituere rem, & postea expensas condemnato, saltem sub fideiussione, n. 57.
- Conditio adimpleri debet in specificata forma, non per æquipollens, n. 58.
- Retentionis pro melioramentis exceptio suspendit sententiæ executionem, etiam si apposta fuisset in iudicio principali, non tamen de ea iudicatum, n. 59.

- Ob præpostulationem, eo quòd executor prius exequatur rem, quam refundat expensas, potest gravatus agere de nullitate & spolio, n. 60.
- À qua præpostulatione poterit etiam pars gravata appellare, n. 61.
- Cautionem seu depositum offerens de solvendis melioramentis cum liquidentur post rei traditionem audiendus non est, n. 62.
- Condemnatus ad plurium rerum restitutionem, an propter expensas in una factas, executio suspendatur in aliis sequentis, & non melioratis, n. 63.
- Retineri una res non potest pro expensis in alia re factis, numero 64.
- Executio suspendi non potest in aliis rebus se junctis, ob expensas in una tantum re factas, etiam si sententia dicat (solutis prius expensis.) n. 65.
- Retentio conceditur in re separata, quando melioramenta facta in una re ejus valorem excedunt, n. 66.
- Melioramenta si respiciant jus universale, puta hereditatem, ad quam restituendam quis est condemnatus, an una res pro alia retineatur, n. 67.
- Et quod hoc casu, quando melioramenta de facili non possunt liquidari, an omnia bona sint relaxanda sub fideiussore, n. 68.
- Executio sententiæ ut suspendatur ob melioramenta, debet de eis prius saltem ingenuè apparere, intra terminum assignatum ab executeore, n. 69.
- Melioramenta opponens si non liquidet intra terminum sibi assignatum, proceditur ad executionem, ne sit in ejus potestate illam retardare, n. 70.
- Præpostulationis ordinis nullitatem sanæ partis confessio emanata, n. 71.
- Confessio partis validat omnes defectus processus, & ordinis judicialis, n. 72. ubi de ampliationibus & limitationibus.

Licet circa perversionem ordinis dati à jure, juxta l. §. 1. venditione l. à D. Pio, maxima sit inter DD. controversia, an vitiet executionem, de quo nos latè supra hac 4. part. cap. 3. vers. intra quod autem tempus excessus, &c. a n. 101. ubi pro utraque Doctores maximæ autoritatis retulimus, quoniam ipsius legis dispositio non sonat in necessitatem, sed in monitionem, propterea præpostulationem eo casu non vitiare docet Petr. Sured. conf. 39. n. 18. & seq. rectè etiam advertit Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 519. n. 16. & à n. 13. ubi post alios, quòd quando præpostulatio sonat in consilium legis, non in necessitate, non vitiat, Castrenf. conf. 232. in causa qua vertitur, col. 1. in fin. vers. nec obstat, col. 2. lib. 1. illud tamen certius esse apparet generaliter loquendo, extra illius legis casum particularem; veriorum, ac probabiliorem esse opinionem, validissimisque fundamentis vallatam, illam, quam ibi elegimus; ut executor (qui tenorem commissionis ad unguem servare cogitur) si sententiæ ordinem præpostuleravit, excedat manifestè. Hanc concordiam reddunt Alex. conf. 5. viso proposito vol. 2. Afflic. dec. 358. in cau. 3 inter. sub n. 1. & 2. Ant. Gabr. comm. concl. li. 2. tit. de execu. rei judic. concl. 3. n. 3. Sigif. Scac. in tract. de appell. p. 17. limit. 10. n. 26. (ubi refert Puteum contra distinctionem hanc tenentem) & per Afflic. tenet Roland. à Valle conf. 33. n. 32. l. 1. Card. Tusch. pract. concl. r. 3. lit. A. concl. 483. n. 11. Abb. conf. 4. vol. 3. col. 10. v. 1. quæro ubi dicit communem Paul. de Castr. conf. 321. v. c. 2. in fin. vers. 2. præpostulatio, quia litera. mand. Et loquendo in executeore præpostulante ordinem executionis idem tenet alios citans Grat. in disc. forens. c. 136. à n. 39. & Rebuff. in comment. tom. 1. tit. de sent. exec. art. 7. gl. 1. 4. n. 7. (licet in Francia non servari dicat) & ita intelligendum esse magnam Doctorum catervam, quorum nomen claturam retulimus uprà d. cap. 3. à n. 101. dum indistinctè affirmant præpostulationem ordinis nullam reddere

redder actum ipso jure, ut indistincte procedant in ex-
cutore, cui ordo ad exequendum est assignatus, quæ
doctrina & ex sequentibus fulcitur.

- 4 Primò, quoniam ordo nihil aliud est, quàm modus
agendi, sine quo nihil rectè agitur secundum Bald. in
tract. de Schismati. col. de ordin. judic. in proemio n. 3.
sed executor excedens modum nihil agit, cum nulliter
agat, l. ab executore, ff. de appell. l. ab execut. C. quorum
6 appell. non recip. cap. quoad consultatio, de sent. & re jud.
dic. ergo idem dicendum erit in executore excedente
ordinem, cum sit à modo inseparabilis, idemque sit mo-
dus & ordo. Bald. in conf. 326. rex Rom. n. 2. vers. & ad
huj. qu. l. 1. Beroi. conf. 76. n. 26. seqq. lib. 1. Card. Tusch.
7 pract. concl. tom. 1. liter. A. concl. 126. n. 1. dicentes, quòd
omnes actus humani regulantur, & dependent à tribus,
nempe potestate, voluntate, & modo, vide licet ordine
ad finem, de quibus latè sigillatim per totam illam con-
clusionem, & per consequens è tali perturbacione ordi-
nationis, cum sit excessus, appellationi deferendum
esse, latè diximus hac 4. part. cap. 3. per totum, imò per
tota capitula superiora.
- 8 Secundò, quia licet ordo in discipulis sit differentia,
quoniam aut datur ab homine, aut datur à jure, &
quicquid indistinctè procedatur in ordine juris (ut sta-
tim dicemus) tamen ordinis dati ab homine præpos-
teratio semper actum vitiat, illumque nullum reddit
ipso jura. Bald. in l. 1. sub n. 1. nota. 3. C. de appell. idem
Bald. in l. prolatam 4. n. 12. vers. & nota quod Princeps,
de sentent. & interlocutio omnium jud. Marant. de ordin.
jud. 2. part. judiciorum, d. n. 24. fol. 12. Alex. in l. natu-
raliter. 12. §. nihil comm. n. 64. vers. adde casum, quem
ibidem refert, & sequitur Ill. conf. 164. vers. tertio ul-
tra. ff. de acq. poss. & ex his Caputaq. decis. 143. sen. 30.
sententia lata petitorio, n. 3. in fin. & n. 3. & seqq. p. 3. &
hanc probat doctrinam Sigilmund. Scacia de appell.
9 q. 16. limit. 6. memb. 7. n. 15. qui & Ill. ac Maranta red-
dundunt rationem, quia forma mandati diligenter atten-
denda est, cap. cum dilecta, de rescript. cum dicitur form.
ex Felin. latè ibi, quare tanquam ab actu nullo licitam
11 esse appellationem, advertit, & bene Scacia ubi pro-
ximè, & faciunt quæ hac 4. part. cap. 3. à n. 240. &
exactè diximus supra 3. part. cap. 9. per totum, quia quod
nullum est executionem non meretur, l. 4. §. condemna-
tum. ff. de re judic.
- 12 Actiò probatur hæc pars, doctrina, quia etsi ordo
sit datus à jure, tamen quando perversio & præpos-
teratio in una, eademque causa, & sic de se ipsa, ad se
ipsam (non ad aliam diversam ut statim) tunc illa præ-
pos-
teratio ordinis vitiat actum, & annullat processum
ipso jure, text. est in l. prolatam, & ibi Bald. Salicet. &
Paul. Castrenf. C. de sentent. & inter loc. omni. jud. & pro-
pterea tanquam de actu, & processu nullo, hoc casu licita
13 esse appellationem, optimè Scacia in tractatu de
appellat. quest. 17. limit. 6. memb. 7. n. 116. fol. 393. &
quod præpos-
teratio ordinis unius, & ejusdem causæ
ad se ipsam vitiet, & causet nullitatem, probant insu-
per gloss. in l. si mancip. §. 1. ff. de evictioib. text. in l. 2.
& ibi gloss. & scribentes C. de appel. gl. in l. 2. C. comm.
14 divid. B. Angel. & ceteri in d. l. prolatam, & gloss. in sum-
ma 2. q. 1. & B. in l. prosecutione in fin. C. de pignor. Bald.
in l. per hanc in 6. col. vers. vel pone exemplum, C. de tem-
por. appel. Lanfr. in c. quoniam contra, §. interlocutoria,
vers. circa ordinem n. 15. de probat. Alexand. conf. 34. Con-
sult. lib. 4. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. con-
clus. 519. n. 9. optimè Sebal. Vanr. in tract. de nullit. sen-
tent. ex defectu process. & c. n. 40. qui etiam à n. 50. cum
15 seqq. prob. idem esse dicendum, quando in duabus causis
diversis, sed tamen ad invicem præjudicialibus, quia
in eis etiam perversio, & præpos-
teratio ordinis juris
vitiat, & annullat, de quo nos latius egimus supra 1. p.
cap. 18. d. prim. & ideo cum in causa executionis perver-

sio ordinis sententiæ adscripti, si in ipsamet causa, se-
quitur evidenter, ut præpos-
teratio vitabit execu-
tionem & per consequens ab executore licebit appellare.
tanquam ab excedente.

Et hoc ad differentiam ordinis traditi à jure inter
diversas lites, seu unius causæ, ad alteram separatam
vel unius judicii ad aliud, secundum Bald. in d. l. proba-
tam. sub n. 2. vers. item præmito, n. 9. vers. sed opponitur
nunc. Bart. & Paul. Castr. in l. 1. C. de appell. idem Paul.
in l. prolatam, & in istius ordinis perturbacione sententia
tenet & processus, secundum Bald. Salicet. & Paul. ubi pro-
ximè, sed tamen judex malè facit, & ideo appellatio li-
cita erit, ut notant B. Bal. Salicet. & Paul. Castr. in l. 1. per
text. ibi C. de appel. Cont. in l. uni. lim. 18. nu. 2. C. si de
momen. poss. Scac. tract. de appell. q. 17. lim. 6. memb. 7.
n. 117. cum seqq. Cravet. conf. 248. iniustitia n. 4. vers.
amplius, & caus. 299. Ant. sub n. 8. & consil. 302. in hac
causa sub n. 6. Fel. in cap. int. monasterium sub n. 2. 3. vers.
repora tamen, de sent. & re jud. Card. Tusch. pract. concl.
tom. 6. lit. P. concl. 119. n. 19. Et rationem differentiæ
hujus casus, ad præcedentem, reddit Bal. in d. l. prola-
tam. n. 9. quia ordo unius cause in seipsa est veluti ordo
membrorum in uno corpore individuo, à quo si remo-
veatur, vel subvertatur aliquod membrum principale,
totum corpus perit: sed ordo unius causæ ad diversam
est ordo unius corporis separati, ad aliud corpus separ-
atum, & sic est ordo extrinsecus, ac ideo non vitiat.

Et propterea in judiciis, à quibus non est licita ap-
pellatio, prout in executivis, nec admittitur appellatio,
quia sequitur naturam principalis ut latè suo loco proba-
vimus. In aliis verò judiciis aliàs appellabilibus, re-
ctè & ab hujusmodi præpos-
teracione de una causa ad
aliam diversam appellabitur, ut ex Doctoribus proximè
citatis, cum probent quòd tamen actus non sit nullus,
consequens non erit excessus, & ita nec appellabitur,
d. l. ab executore, & l. ab executione. C. quorum appell.
non recip. cum vulgari.

Quartò & quòd à præpos-
teracione executoris sit
licita appellatio quoad utrumque effectum, probatur
quia licet in possessorio, & aliis causis privilegiatis non
sit admittenda appellatio ab ipsa causa principalis tamen
in iis causis, ut legitimæ deferendum est omnino
à præpos-
teracione ordinis interjectæ, ita docet Bald.
in c. ex conquest. 10. n. 1. de rescript. spoliator. & latè in l.
1. C. de appellat. Ill. in l. 1. n. 5. limit. 2. & Dec. nu. 6. ibi,
quinto ab ordinato processu, C. de bonor. poss. secun-
dum tabul. Rursus idem Decius in cap. pastoral. 63. n.
29. ibi, & notat etiam de appell. Covarr. pract. quest. c.
28. sub n. 8. vers. fin. vers. ceterum licet. Natta. conf.
121. in caus. possess. vers. 4. præsuppono. n. 4. l. 1. Menoch.
tract. de adipisc. poss. rem. 4. q. 99. n. 808. Achil. Perso. tract.
de adipisc. poss. sub n. 336. v. ego autem bene fateor, &
sub n. 337. vers. vel & quoque: & 338. f. 269. alias fol.
277. Castr. Contard. in repet. l. uni. lim. 9. sub n. 9. ibi, &
licet aliquando & latius, limit. 18. an. 1. cum seqq. &
sub n. 21. & 22. Scacia tract. de appell. qu. 17. limit. 6.
memb. 7. n. 113. fol. 395. Marquet. tract. de commiss.
part 2. de commiss. appell. cap. 2. num. 46. lim. 4. fol. 38.
Gamma. decis. 65. excellens Comitissa, sub n. 82. Borgn.
Caval. decis. 23. n. 105. & seqq. & num. 107. part. 3.
Alexand. Stryat. in pract. civ. c. 12. n. 17. f. 31. qui omnes
probant, quòd in possessorio summariissimo, in quo
regulariter prohibetur appellatio; tamen admittitur
ex causa præpos-
teracionis, & inordinati processus, &
post Zuchar. Petrum Surdum & Hieronym. Gonz. &
probavimus supra cap. 18. 2. part. à n. 30. vers. & hujus
conclusionis illa sortis est, & c. ergo pariter dicendum
venit manifestè, quòd licet ac executore sit prohibita
appellatio, l. ab executore, ff. de appell. tamen illi erit
deferendum, ubi executionem præpos-
terare, & ordi-
nem perturbare contingerit, & ulterius in nostris ter-
minis vide inferius à n. 60. & seqq.

Et

- 22 Et hujus quarti fundamenti rationem reddit Contr.
dict. limit. 18. sub n. 22. sed meritò eam refutat Scac
ubi proximè, illa tamen verissima redditur, quia cum
in perversione ordinis unius causæ ad se ipsam detur
nullitas, ex hæcenus dictis, merito exequi non potest
quia quòd nullum est, executionem non meretur; eten-
nim dispositio attribuens sententiæ, & causæ privile-
gium executionis, intelligitur de valida, non de nulla,
l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. & propterea appella-
tionem rectè procedere sapius diximus hoc in tract.
- 23 Secunda etiam, & vera ratio est; quoniam judex non
servans ordinem, cumque præpos-
terans, facit injusti-
tiam, gravamè autem, & in iustitia ordinis non servari,
notorium patens est, & evidens ex actis; & à sententia
evidenter injusta cum nullitati equiparetur, licita est
appellatio, etiam in causis privilegiatis, & quæ appel-
lationem non recipiunt. Bal. in l. unica colum n. 2. n. 5.
vers. de novo quæro, C. si de mome. poss. Abb. in conf. 55.
in causa qua Paul. post. princip. lib. 2. Marant. in specul.
6. part. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellantur,
limit. 6. num. 311. fol. 505. Velt. in praxi Roman. Curia
lib. 7. cap. 3. vers. at ubi sub n. 6. fol. 195. Lancel. tract.
de att. 2. p. c. 12. lim. 25. princ. n. 15. Achil. Person. ubi
supra d. tract. de adipisc. poss. sub n. 347. vers. præterea
dat. o. 3. part. 2. f. 269. Joan. Baptist. Ponta. in tract. de
spolio, lib. 4. c. 3. n. 50. vers. quocumque f. 306. dicens,
25 quòd respectu iniquitatis non intelligitur unquam
prohibita appellatio, latè Castr. Conrad. in l. re. uni. lim.
9. n. 2. C. si de mome. poss. & est de mente Bart. in l. 1. n. 5.
vers. præterea video ff. de appell. recipi, & loquendo in
sententia ex l. fin. C. de edicto divi Adria. Scribunt Zu-
chard. in ead. l. si. n. 447. Menoch. tract. de adipisc. poss.
rem. 4. qu. 100. n. 85. Achil. Personal. d. tract. de adipisc.
poss. sub c. 334 vers. ego autem, fol. 268. in fin. & 269.
Scac. tract. de appellat. qu. 17. lim. 4. n. 99. & eadem q. 17.
lim. 6. memb. 4. n. 106. & memb. 7. n. 79. & n. 113. ad fin.
& nos passim plures alios allegando diximus variis in
locis.
- 26 Ex his rectè queri potest, an condemnatus per sen-
tentiam, ut rem restituat, refusis prius melioramento-
rum expensis, an executor excedat, si rem faciat resti-
tuere ante liquidationem, & solutionem expensarum
prædictarum. Et quòd non excedat, affirmant Bene-
intendi decis. 77. per tot. Card. Tusch. per concl. tom. 6.
27 rit. 9. concl. 319. n. 17. dicentes, quòd poterit dare exe-
cutor restitutionem bonorum vigore sententiæ, cui est
illa clausula adjecta (refectis prius melioramentis) quia
intelligatur, prius, quatenus sint liquidata quia est mo-
nitio ad judicem exequentem, non necessitas.
- 28 Sed contrariam sententiam, & opinionem longè
de jure veriore esse existimo, imò quòd excedat ex ordi-
nis perversione, quoniam dictio (prius) præceden-
tiam significat, & dispositio illa utens intelligitur, dare
ordinem, qui inducit formam, qua non servata, actus
est nullus Felin. in c. cum dilecta, de resc. n. 6. vers. sexti
signum. Brun. in tract. de forma in rit. quatenus censetur
datum aliquid pro forma. Cacher. dec. Pedem. 165. n. 14.
cum Neviz. conf. 87. n. 13. Mandos. regul. 24. quest. 3.
n. 9. & pluries ita determinavit Rota, cujus decisiones
ibi allegat Nicol. Garcia de benef. 9. p. cap. 3. nu. 13. &
supra, ubi in simili circa Concilium Tridentinum
sess. 7. cap. 13. utens his verbis: prius examinentur, & c.
ergo cum modum excedat executor in hujusmodi præ-
pos-
teracione, appellationi per consequens deferen-
dum est.
- 29 Et ulterius probatur, quoniam illa sententiæ verba
(solutis expensis melioramentorum) inducunt condi-
tionem, virtute ablativi absoluti, juxta l. emptione, ff.
pactis, l. à testato ff. de condit. & demonstr. cum vulgari.
30 quæ conditio debet adimpleri, ita ut interim suspendat
dispositionem l. qui heredi. in princ. & l. Movius, toto
31 titulo. ff. de cond. & demonstr. Et in terminis, quòd illa

verba sententiæ (solutis expensis) sunt conditionaliter
prolata propter ablativum absolutum, tenet Neguz. 32
in tract. de pignor. memb. 45. p. princ. sub n. 10. vers. ter-
tia concl. quia conditio importat formam. Bal. in auth.
matri & avia, Cod. quando mul. tutela officio fungi possit.
& conditione non servata actus conruit, & nullus red- 33
ditur l. non dubium, C. de leg. Bald. in l. ex. C. de execu-
rei jud. Natta conf. 438. n. 28. Petr. Surd. conf. 186. n. 18.
tom. 2. qui n. 17. post elegans consilium Soc. junior 67. 34
n. 19. vol. 1. inquit multum referre quòd sententia refer-
vet jus, quia tunc sententiæ executio per reservationem
non suspenditur: at quando sententia condemnat sub
aliqua limitatione, vel modificacione; tunc sententiæ
executio retardatur, & suspendatur; donec cognitum
sit de jure limitato, & per eundem Socium idem dixit
Cardin. Tusch. pract. concl. 3. lit. E. concl. 372. n. 3.
dum affirmat, quòd sententia debet exequi, etiam si in 35
ea reservetur jus aliquod condénato, quia intelligitur
in alio judicio; ut secus sit si aliquam limitationem, aut
exemptionem adjiciat. Et reddit exemplum, quando 36
excipit bona, quæ essent in dominio, aut territorio
condemnati, quia tunc debet executor prius defertere,
quæ & qualia bona essent; & hoc idem repetit idem
Cardinal. Tusch. pract. concl. litera E, concl. 489. à n. 12.
& 13. qui loquitur de hac conditioe (solutis prius
expensis) & Socin. & Surd. locis proximè citatis, exempli
ficant, quando sententia condemnat ad restituendum
bona, exceptis feudis, affirmantes prius cognosci debere
quæ illa sint bona, quæ non sunt feudalia; idem dicit
Capicius decis. 177. n. 9. Et est ratio, quia interim senten- 37
tia est incerta, quæ ante liquidationem nullo modo
executioni mittitur, ut supra diximus latè hac 4. p. c. 10.
de liquid. à princ. Verba enim limitativè apposta, ha- 38
bent inducere terminum, quem non licet excedere, l.
qui fundum. §. vendebat ff. de contrah. empt. Bal. in l. si c.
de donat. ante nup. Anton. de Cana. in tract. de infirma-
ri. p. 28. n. 28. vol. 9. tract. diver. ant. Julius Cæsar Rugi-
nellus pract. qu. c. 42. à n. 9. cum seq. Bald. conf. 51. n. 5.
ubi plura jura allegat.

Et loquendo de dictionibus (quatenus, donec, quan- 39
diu, dum, quoad, usque, quo) & similibus, quando illis
uitur sententia, quæ cum significant limitationem
temporis habent naturam suspensivam, & dispositio-
nem, seu acquisitionem suspendunt; secundum B. ni
fin §. fin. n. 2. ff. ad Trebel. Aret. in l. Gallus §. & quid si
tantum, in fin. ff. de lib. & post. Socin. conf. 63. n. 3. vol. 1.
Socin. junior in conf. 76. n. 11. vol. 1. & principaliter
significat tempus, secundum Alexand. in l. 1. col. 2. in
princ. vers. licet enim, C. de legat. Ruin. conf. 42. n. 6. v. 2.
Natta. conf. 459. n. 16. quæ tamen dictiones si apponantur 40
ad inchoationem alicujus beneficii, important condi-
tionem, l. pater, §. si. ff. de cond. & demonstr. l. legatum,
ff. de annu. leg. l. Caio, §. imperator. ff. de alim. leg. B. in
l. 1. n. 15. vers. quandoque ista dictiones, ff. de cond. & de-
monstr. Castrenf. in l. 1. ubi Alexand. n. 2. C. de lega-
Socin. qui communem dicit in conf. 68. n. 3. & 8. vol. 1.
Decius conf. 485. n. 5. Ruin. conf. 37. n. 1. vol. 2. & conf.
170. n. 7. vol. 3. Socin. junior conf. 58. n. 8. vol. 3. Paris.
conf. 18. n. 4. vol. 1. Cephal. in conf. 71. n. 17. Petrus Sur-
dus conf. 186. à n. 17. tom. 2. qui ex hoc còcludit, senten- 41
tiam, cui hujusmodi dictiones adjunguntur, ipsam sus-
pendi, & à n. 10. & 11. quòd dictio (dummodo) quando 42
apponitur in sententia ei, quòd venit implendum ante
perfectionem actus importat conditionem. l. Thais Sri-
chus. ff. de manum. testam. B. & alii in l. quib. dieb. §.
Terminus ff. de cond. & demonstr. Curt. senior. conf. 74.
c. 8. in princ. vers. capio secundà legitimacionem. Socin.
junior conf. 148. in fin. vol. 1. Cravet. conf. 10. n. 14. &
idem Surd. loquitur de sententia, qua declaratur, bona
donata per patrem alicui spurio ad illum pertinere,
quatenus reperitur non excessisse unclam ex liquidati-
one faciendâ, in liquidatione sententiæ, ubi post
alios,